

III.  
REGNUM MORTUORUM.

Nro. 2.

---

*Politica Eventa.*

Ex mundo superiore.

---

Ælysium-Meum.-Die Martis 30. Jan. 1810. (Neov. 5. Jan. 1810.)

---

**L**ondino 20. Dec. Ephemerides Anglicanæ continent evacuationem Insulæ Walchriæ, munimentique Vlissingæ, ab Anglicanis tam maritimis, quam terrestribus Præfectis ex officio annunciatam. Demoliebantur munimenta arcis, portum de integro diruerunt, publicas ædes succenderunt &c.

Jam *Cl. Goede*, aliique scriptores, qui argumentum de Anglia pertractarunt, queruntur de incertitudine mediorum, & in summa, defectu bene institutæ politiæ; Meritissimi *Colquhoun* conatus huic malo medendi, attentionem excitavit quidem, verum cum nullæ, jam receptorum abusuum immutationes consequerentur; continuo prædociuia invasionesque admodum frequentes sunt. En ex Anglicanis paginis novum proponimus argumentum!

Ante paucum tempus sub inscriptione: *Caution!* in Anglicana Ephemeride legebatur: Urbi (Londino) globum prædonum incommodare, qui famulos se esse prætexebant. Ex Judiciaria Inquisitione, quæ cum quo-

dam tenebrione, cui nomen *Thorney* in vi-  
co *Marlborough* comprehenso instituebatur,  
elucebat: id genus globum pauco ante tem-  
pore coaluisse ex, 12 personis constantibus so-  
cietatibus, quæ conjuratos suos adjuvare  
per vices conabantur, procurareque servitia  
adlaborarunt. Prima iis cura, exquirere,  
quæ familiæ servis indigeant, tum conducunt  
domum elegantemque Oeconomiam ordiuntur.  
Uaus prædonum auctoritatem domini il-  
lustris conditionis adoptat, famulos commen-  
dat & s. p.

Aliud argumentum, quanta improviden-  
tia Anglicana politia ducatur, præbent fre-  
quentia a prælibus patrata furta. Pro soribus  
matris haud ita pridem triennis filia vidua  
Penstone in vico Portlandico Londini furto  
ablata est, neque postea deprehensa am-  
plius. Videbatur in ulnis matronæ in vico Oxo-  
niensi, & nulla adversus eam indicia habeban-  
tur. Altero die Dominae Rivers filiolus in  
platea Berwicensi simili ratione ante ostium  
parentis surreptus, cunctis vestimentis exu-  
tus, atque noctis 10 hora semi nudus re-  
positus.

Dantur id genus Collegia furum, quæ  
ex pueris impuberibusque constant; nuper ad-  
modum factum: quod duo adolescentes alter  
11, alter 13 annorum complices talis globi  
ad S. Georgium Londinum, ubi societas Phi-  
lantropica benignos munificosque conatus  
suos gnaviter prosequitur. Educationisque ad  
pro Orphanis erexit, delati sunt.

In Septembri hujus anni oppido Faldingworth prope M. Raisin in prov. Lincoln. die quodam festo accidit casus infortunatus, qui morali descriptioni hujus partis Angliæ add potest. Thomas Cottingham, & Wilhelmus Slak, ambo conspicuorum Colono- rum filii, ad certamen & pugilatum quem patria linquere *baxen* vocant, se provocarunt; durabat pugna tribus horæ quadrantibus, cum Cottingham ictu adversarii percussus prostratusque animam exhalasset. Ambo- rum Juvenum parentes duello huic aderant, uterque natum ad rem strenue gerendam animabat. Instituta sequente luce cadaveris inspectio lugubrem effectum habuit, quippe Slakius mortis sententiam tulit, isque ab Inspectore libitinario Criminali Carceri mancipatus est.

Isthic quædam politica nova adnectere lubet; est hoc solenne Elysiis oris, ut exultent, quoties novum ex mundo superiore nuncium percipiunt. Non irritant quidem animos novorum curiosos, attamen replent paginam — erravi — replent politicorum eventuum decursum.

*Amstelodamo 29. Dec.* Omnia isthic singulari in motu versantur, & dum quæritur causa, est qui respondere sciat — nemo. Permutatio publicarum Syngrapharum strenue decurrebat, quamquam feriæ fuerint, & Mercatorum Curia [(Bursa) non pateret; quædam Hollandicæ Syngraphæ prout & Hispanicæ valore 7—8 procentuali auctæ — Speculationes sane amplæ! — Causa tam subi-

dam tenebrione, cui nomen *Thorney* in vi-  
co *Marlborough* comprehenso instituebatur,  
elucebat: id genus globum pauco ante tem-  
pore coaluisse ex, 12 personis constantibus so-  
cietatibus, quas conjuratos suos adjuvare  
per vices conabantur, procurareque servitia  
adlaborarunt. Prima iis cura, exquirere,  
quæ familiæ servis indigeant, tum conducunt  
domum elegantemque Oeconomiam ordiun-  
tur. Uaus prædonum auctoritatem domini il-  
lustris conditionis adoptat, famulos commen-  
dat & s. p.

Aliud argumentum, quanta improviden-  
tia Anglicana politia ducatur, præbent fre-  
quencia a prælibus patrata furta. Pro soribus  
matris haud ita pridem triennis filia viduæ  
Penstone in vico Portlandico Londini furto  
ablata est, neque postea deprehensa ami-  
plius. Videbatur in ulnis matronæ in vico Oxo-  
niensi, & nulla adversus eam indicia habeban-  
tur. Altero die Dominae Rivers filiulus in  
platea Berwicensi simili ratione ante ostium  
parentis surreptus, cunctis vestimentis exu-  
tus, atque noctis 10 hora semi nudus re-  
positus.

Dantur id genus Collegia furum, quæ  
ex pueris impuberibusque constant; nuper ad-  
modum factum: quod duo adolescentes alter  
11, alter 13 annorum complices talis globi  
ad S. Georgium Londinum, ubi societas Phi-  
lantropica benignos munificosque conatus  
suos gnaviter prosequitur. Educationisque adde  
pro Orphanis erexit, delati sunt.

In Septembri hujus anni oppido Faldingworth prope M. Ralsin in prov. Linkoln. die quodam festo accidit casus infortunatus, qui morali descriptioni hujus partis Angliæ addi potest. Thomas Cottingham, & Wilhelmus Slak, ambo conspicuorum Colono- rum filii, ad certamen & pugilatum quem patria linguare *baxen* vocant, se provocarunt; durabat pugna tribus horæ quadrantibus, cum Cottingham ictu adversarii percussus prostratusque animam exhalasset. Amberum Juvenum parentes duello huic aderant, uterque natum ad rem strenue gerendam animabat. Istituta sequente luce cadaveris inspectio lugubrem effectum habuit, quippe Slakius mortis sententiam tulit, isque ab Inspectore libitinario Criminali Carceri mancipatus est.

Isthis quædam politica nova adnectere lubet; est hoc solenne Elysiis oris, ut exultent, quoties novum ex mundo superiore puncium percipiunt. Non irritant quidem animos novorum curiosos, attamen replent paginam — erravi — replent politicorum eventuum decursum.

*Amstelodamo 29. Dec.* Omnia isthic singulari in motu versantur, & dum quæritur causa, est qui respondere sciat — nemo. Permutatio publicarum Syngrapharum strenue decurrebat, quamquam ferri fuerint, & Mercatorum Curia ((Bursa) non pateret; quædam Hollandicæ Syngraphæ prout & Hispanicæ valore 7—8 procentuali auctæ — Speculationes sane ampliæ! — Causa tam sub-

tæ mutationis erat nuncium certè affirmatum; Angliam Galliamque tractationes intercedere, quæ secundam spem eventus (mercantilis) portendunt. Res ardua, primo intuitu gradum probabilitatis dimetiri, qua nuncium hoc pollet, ad ejus fidem fulciendum confert articulus de 15. h. m. Londin. Cursore contentus, qui revocatorias litteras Principi *Stahrenberg*, simul pacis tractatus attulisse dicitur, — additur: ab ipso Principe *Stahrenberg* Anglicano Ministerio factas propositiones, una: quamdam, boream inter & occidentem sitam Galliæ urbem pro loco Congressus designatam — has propositiones ab Anglicano Ministerio haud acceptatas, aliam vero, ejus argumentum Captivorum permutatio — huic sabulosæ basi Speculationes numerosæ adstruuntur! —

*Varsovia 21. Dec. Die 18. h. Copiæ nostræ ex expeditione bellica solenniter redire ingressum habuere: Universæ urbs jubilo incesit, domus collustratæ, Choræ, aliaque oblectationum genera, vespere solennis illius ingressus diei consequebantur. — Hebræi progenies occasione hac per id eminebat, quod Pr. Poniatowsky effigiem, brachio uno mappa geographiæ Galliæ innixam erexerint, adcommoðisque versibus Polonicis ornata venusta transpositione lucis illustrandam curarint. Ipse Princeps Poniatowsky solennibus non intererat, quippe Cracoviæ moratur, Cursorem Parisiis opperiens. Nomen Poniatowsky continuo adhuc voluptatem gra-*

tumque sensum in animis fortium virorum Polonorum excitat; est id nomen ultimi Regis, cujus nepos hic Generalis. — Exercitus noster Polonicus ad 100,000 augendus dicitur, quo fiet, ut Saxoniae regnum 140,000 armatorum censurum sit, quantæ vites! —

*Constantinopoli 9. Nov.* Gallicæ paginæ de 1. Jan. memorant etiam contentum Vindob. Ephemeridibus nuncium victoriæ Turcarum de Russis relatae ad Silistriam: verum adnotant: „id genus orientales hyperboles, fidem non merentur, in ipsa urbe hoc de victoriæ M. Vezirii nuncium ab omnibus Europæis in dubium vocatur.”

*Petrôpôli die 13. Dec.* Superiore solis vespere Imperator Tveram profectus percaram sororem D. Oldenburg invisurus. Modico solum tempore ibi moraturus, tum per Moscuam Tulam, locum celebris armorum Fabricæ profecturus, quo his diebus & M. Princeps Constantinus, & rei bellicæ Min. Arktischejff venturus creditur. Sua Maj. exiguo comitatu gaudet, & 24 h. utpote natali suo isthuc revertetur, quo multæ solennitates locum habituræ videntur. (E. F.)

*Londino.* Lordius Melville Admiralitati præfuturus certe adfirmatur. Id quoque asseveratur, saltim rumor discurret: Marchionem Wellesley declarasse: fieri haud posse, ut expeditionem in Valchriam propugnet. Cum ministri negot. externorum acceptaret provinciam, eam conditionem posuit, ne abs se prætendatur, ut ejusmodi politicæ adver-

sam, atque male in effectum deductam agendi defendere cogatur rationem. Imo ajunt: ab eo prorsus non ratihaberi probarique rationem, qua in Hispaniæ negotiis actum; in summa; propemodum videtur: eum munus adoptasse, ad eos damnandos, quorum Collegium subire dignatus est.

Hoc ipso tempore ex pricipiæ hispanico hospitiio seqv. percipimus litteras de 25 Nov. ,prælium ad Occana, die 19. inter Gallos & Hispanos locum habens perquam pertinax, & eruentum fuit. Galli 30,000 veteranos eosque ab ipso Josepho Bonaparte, & Marschallis Mortier & Soult in aciem ductos censuerunt. Exercitus hispanicus 50,000 constabat, ex quibus 5000 cæsi, 15,000 capti. Clades perfecta, fuga univeralis erat. Supr. Gen. Dux Aresaga vice quadam a Gallis jam clausus procul dubio dedere se debuisset, nisi Colonellus Roche critico hoc temporis articulo cum 300 equitibus advolasset, eum liberaturus, & Gallorum erepturus unquibus. Cæteri Officiales Angli prælio aderant, erant Lord. Maeduff, Colonelli Colborne, & Dillon, quorum postremus captivitatem subiit, præterea Hispani 54 belloas machinas miserere. Nec Gallis pugna hæc incruenta fuit. Id maxime singulare: hac Clade Hispanos animis cecidisse haud videri, contendereque post mensem validiorem exercitum se educturos, hac Clade comperta Marchio de la Romana præeuns 10000, territorium Carolinæ ingressus, quod Sieram Morenam intercedit, ad

exercitum Gen. D. *Avesaga* augendum. Novissimus Populationis Britannico scepro subjete status præbet resultata: ditiones Britannicæ in Europa Incolas numerant. 16,531,000; Coloniae & fiduciario Jure obnoxie ditiones in Indiis 47 milliones, e quibus vix unus immediate subditos M. Britennia, seu Europæos efficit. Inter diversas, e quibus integrale totum exurgit particulares Summas Malta 88.000. Prom. B. Spei 70,000 Canada 195000 N. Fundland, 25,000 N. Scotia cum N. Brunsvico 150,000, Jamaica 253,000, Colonia N. Hollandia 6467 Incolas continere dicuntur.

*Berolino 8. Jan.* Sua Maj. Supremum aulæ magistrum Principem Sayn — Wittenstein supremum suum Camerarium, & legatum C. Grotta retento legationis suæ munere M. Magistrum rei vestiariæ (Grand maitre de la gaderobe) sulicum Mareschallum Maffov. Supremum Mareschallum, cum prærogativa Excellentie; Vice-Supr. Stabuli Magistrum ab Ingow, Supremum Stab. Magistrum; Camerarium B. a Schilden, aulæ Reginalis Præfectum; Camerarium aBuch, centurionem arcis; aulæ Mareschallum Serenissimi Principis Wilhelmi, D. a Malzahn, suum aulæ Mareschallum, Equitum Centurionem C. Egloffstein secundum Supr. pincernam, & Cam. C. Bühl Cam. Reginalis Majestatis, universos cum retentione Salariorum præhabitorum denominare dignabatur.

Cæs. Austriaus legatus D. Baro a *Wessenburg* Francofurto ad Mænum, quo cum anæ suæ venia concessit, isthuc rediit.

*Cassela* 2. *Jan.* Vigore Regii Decret: de 10. Decemb. 1809. decernitur tres solum in Regno Vestphaliæ Universitates: *Göttingee*, *Halæ*, *Marburgi* constitutas, *Heimstadiensem* & *Rinteliensem* memoratis tribus uniendas. Pædagogium quoque *Claustromontanum*, & *Seminarium Biddagshusanum* prope *Brunsvicum* dictis Universitatibus incorporandum; Collegio vero *Carolino* schola a Rege condita militaris surrogatum est.

*Madrito* 24. *Dec.* Hujates ephemerides longum continent sermonem, cujus hoc est præcipuum argumentum: Christus aiebat; meum Regnum non est de hoc mundo, & hoc principium omnes fideles primorum trium seculorum sequebantur. Ut igitur etiam hodierni ejus discipuli a secularibus negotiis releventur, Clero omnis Jurisdictio, ubi ea ad hoc tempus usus est, adimitur.

---